

terga hosti dedit. Quo uiso qui in oppido erant patentibus portis cedentibus instare. Ita hi qui in insidiis fuerant, uacuam urbem cepere, cesique omnes^f absque ullius effugio, rex captus summoque supplicio adfectus.

[I 22,1] Quod ubi uicinarum gentium regibus conpertum est, in bellum conspirant Hebreos **arcius**^g depellere. Uerum Gabaonitae gens ualida ex urbe opulenta ultro se Hebreis **dediderunt**^h **iussu**^h facturos pollicentes receptique in fidem, ut ligna et aquam conueherent imperatum. Sed regibus proximarum urbium deditio eorum iras **concitauerat**ⁱ. Itaque admotis copiis oppidum eorum Gabaot nomine obsidione circumsistunt. Igitur oppidani artis^j rebus suis nuntios^k ad Ihesum mittunt, obsessis uti **succurreret**^l. /

fol. 2^v

Ita ille maturato itinere inopinantibus superuenit cesaque ad internecionem **multa**^m hostium miliaⁿ. Cum dies **cedentis**^o deficeret noxque uictis futura praesidio uideretur, merito fidei dux Hebreus noctem auertit, dies perseuerauit. Ita nullum hostibus effugium fuit. Quinque reges capti interfecti sunt. Eodem impetu uicinę quoque urbes inperio adiectae regesque earum perempti.

[I 22,2] Uerum quia omnia hęc in ordinem persequi non fuit consilium, dum breuitati studemus, id modo adnotandum curauimus XX et VIII regna imperio Hebręorum subiecta, quorum **terra**^p per undecim tribus **uiritim**^q distributa est. Leuitis enim in sacerdotium assumptis nulla portio data, quo liberius seruirent deo. **Et**^r quidem^r hoc exemplum non tacitus preterierim legendumque ministris eclesiarum libenter ingesserim. etenim precepti huius non solum inmemores, sed etiam ignari mihi uidentur. Tanta hoc tempore animos eorum **habendi**^s cupido ueluti tabes incessit. Iniant **possessiones**^t, predia excolunt, auro incubant, emunt uenduntque, questui per omnia student. **aut**^u si qui melioris /

f) om L, *vermutlich war ursprünglich om̄ (oder om̄s?) zu lesen.*

g) armis P b.
h) dederunt iussa P b. i) conciuerat P b. j) arctis b. k) nuntii korr. zu nuntios P. l) succurret P. m) ulta P. n) mil L. o) cedentes P; caedentes b. p) tribus P. q) uirtutem P. r) Equidem P b. s) labendi P. t) possessionibus P b. u) At P b.